

VERS. 1. — TæDET ANIMAM MEAM VITÆ MEÆ, DIMIT-
TAM ADVERSUM ME ELOQUIUM MEUM, LOQUAR IN AMARITUDINE
ANIMÆ MEÆ (1). Loquitur hic S. Job in personâ
nominis afflicti secundum animi conceptiones, quas
ei tristitia subministrat; unde primam recenset tæ-
dium, quo afficitur in hac vitâ, propter tribulationes,
quas adeo gravæ patiebatur, ut etiam ei vitam ipsam
redderent exosam. Licet enim vitam Aristoteles, lib.
9 Ethicorum, c. 9, in iis, quæ per se bona et jucunda
sunt, ait numerari, unde colligit *ἀπὸ τῶν ἡδῶν, vivere
esse optabile*, maxime viris bonis, quorum vita bea-
tissima est et cum virtute conjuncta, tamen negari
non potest tantum posse esse cruciatum ut vite fructui
præponderet, idèque meriti mors vite antepœnenda
videatur. Job itaque in tali rerum artificio constitutus
de sud miseri queritur, et laxatis ori habeatis lamen-
tatur, tentans omnes vias doloris leniendi, et simul
satagens, ut afflictis vivum in se exemplum præbet
luctæ carnis et victoris spiritus. Nimirum egregius
virtutis actus est morem ingravescens elevare, me
animum, ut solet, opprimat, et in delirium aut
verba parùm pia precipitet, quod iis qui de gravissi-
mis affectionibus curandis consultant expendendum
est, ut Jobi et aliorum virorum sanctimoniam vite in-
signium exemplo nôrunt animum in angustias con-
pulsus non esse importuno silentio aut intempestivâ
severitate exacerbandum, sed modis multis lenien-
dum, adeoque nullâ dexteritate opus esse ad subtra-
henda irritamenta, et ad casta oblectamenta vel saltem
refrigeria inveniendâ.

Porrò modus ille dicendi: *Dimittam adversum me*,
perlocutio, et ad animi anxietatem significandam
appositus est, ac si Jobus diceret: Ne, precor, malis
obnar; licet, quæso, paulò fidentius loqui; non enim
cruciatum immanem ferre possum; equidem
nec divinam providentiam reprehendere, nec de Deo

(1) Tædet malorum quæ patior: si ergo mihi per-
eundum sit, liberè loquar, in eo animo meo obse-
quar. Nihil mihi relicum est præter vitam, et hæc in
penam videtur conservata, etc. *Mihi sic: Excisus est
anima mea in vitâ meâ.* Hebraismus: Virus mortis præ
cruciatu. Propriè: *Successus est anima mea ob vitam
meam*, ut supra 8, 14. *אֲנִי מֵת בְּחַיָּי* significat *suicidi-
di et torqueri, ac excruciare se pro terrore*: אֲנִי מֵת
בְּחַיָּי, *ut Erzech. 41, 7. אֲנִי מֵת בְּחַיָּי, ut
בְּחַיָּי*; idem autem valent קָרַב וְהָיָה כְּמָוֶת

DIMITTAM, vel, *relinquam*, propterea *relinquam*, de-
ponam, *adversum me* (vel *super me*, *apud me*), *elo-
quium meum*; vel, *querelam*, sive *querimoniam meam*.
Sensus est: *Laxis ori meo habeatis, pleno ore con-
querar. Relinquo apud me*, etc., non possum exere.
Inseparabilia sunt, dolere, et dolorem mente agitare,
et lingua eloqui. Respiciat ad Job. 9, 18. *אֲנִי מֵת, omi-
tam vultum meum*; hic igitur addidit *אֲנִי, apud, super*,
ponitur aliâ significatione, pro, *esse sinere*, hoc sensu:
Vultu omittre et extero vultum meum; sed non
possum: non itaque eum amittit à me conabor mani
averis et licet.

LOQUAR IN (vel de), AMARITUDINE ANIMÆ MEÆ. In
tanto morem non mihi temperabo quin in sermo-
nibus erumpam. Confer Paul. 52, 5. De calamitatibus
meis agam. Ille experimenti mihi hæc verba doloris
et simul etiam materia orationis erunt.

(Synopsis.)

conquere, sed adversus meipsum infelicem verborum
jacula contorque volo. *Loquar in amaritudine ani-
mæ meæ*, id est, ex abundantia cordis mei morsitâ
pleni jamjam eructaba verba me coram Deo. Si-
milli omnino phrasi usus est, cap. 7, vers. 11, ubi
postquam se statim moriturum dixit, addidit hæc
eadem verba, cap. 7, 11: *Quapropter ego non parcam
ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei, confabula-
bor cum amaritudine animæ meæ.* Ad Deum autem
eloquium suum convertit, ut consolationem, quam ab
hominibus recipere nequit, à Deo obtineat.

Tropologicè hæc Jobi verba optimè congruunt ei
qui confiteri peccata sua cupit, et eorumdem remissio-
nem impetrare; quem in primis vitæ in peccatis
transacte tædium habere ac fastidium necesse est.
Talis itaque cum Jobo dicit: *Tædet animam meam
vite meæ*, displicet mihi valde vitæ improba, mirum
in modum illius me penitet. Deinde seipsum accusa-
re debet, non excusare; quapropter ait: *Dimittam
adversum me eloquium meum.* Quo loco D. Gregorius
sic scribit: Quasi pro se eloquio suo utitur, qui præ-
cava, quæ gessit, defendere excusationibus conatur:
sed adversum se eloquium dimittit, qui accusare in
se hoc incipit quod erravit, etc. Præterea dolorem
adferre ac contritionem oportet: *Loquar*, inquit, *in
amaritudine animæ meæ.* Ad quem locum pulchre
sanctus Gregorius: Qui culpas, inquit, suas detes-
tando loquitur, restat ut has in amaritudine animæ
loquatur, ut hæc ipsa amaritudo nuntiat quidquid lin-
gua per mentis iudicium accusat, etc. Cui confir-
miter divus Bernardus, serm. 5 de Apostolis Petro et
Paulo, ad illa verba, Math. 26, 75: *Petrus aggressus
foras flevit amarè*: In egressu, inquit, confessionem,
in amaro fletu compunctionem cordis intellegit, etc.
Hunc in modum si penitens os aperiat ac loquatur,
Confessariique præceptis pareat, veniam consequetur.

VERS. 2. — DICAM DEO (1): NOLI ME CONDEMNARE;
DICAM MIHI CUR ME ITA IUDICES? Ita verba: *Noli me
condemnare*, ad culpæ ostensionem seu promulgatio-
nes iudiciale pertinent, ut patet ex interpretatione
septuaginta Interpretum ita vertentium: *Μὴ με ἀδικῶς
ἀδικῶς, noli me docere impium esse*, id est, noli more
docentis ostendere alius me impium esse; quod in iu-
dicio fit, dum iudex patibulo reum addicens, crimen
testibus probatum ostendit. Hoc ipso quippe, quod
Deus Jobam acerbius quam reum quælibet afflictis-
simo, ostendere videbatur illum sceleris convictum.
Qui sanè sensus optimè coheret, expensis circumstan-

(1) Quasi diceret: Summo illi et justo iudici. Id enim
sign.

NOLI ME CONDEMNARE, pro *tua potestate sive scientiâ*
summi. Ne agas mecum ut cum damnato, sed ut cum
iustificato et illo tuo. Neque iudices me improbum,
neque ut talena punias; q. d.: *Ne damnatis, sed à
Dei bonitate lenius iudicium expecto.*

DICAM MIHI, prius scilicet, quam me condemnas.
CUR ME ITA IUDICES, *τί με, contendis mecum*, i. e.,
me ita affligas. Amici falsas huius afflictionis causas
figunt; sed tu manifesta illius linæ et meritum. Ita
testimonium suæ innocentie impetrat. (Synopsis.)

dis, et opinione adversariorum arbitrantium nemi-
nem nisi ob sua scelera graviter à Deo accipi. Tantum-
tém ergo Job agit dum ait: *Noli me condemnare*, ac si
precarerur in hæc verba: *Ne me*, summe Deus, peccato-
rum pronunties pro hæc vexationem; ne, quæso,
ita tantumque me affligas, ut omnes qui hoc vident,
aut aliquo modo nôrunt, iudicent me propter peccata
gravissima talia perpeti; nam dum sic mecum agis,
antagonistarum meorum opinione reum me peragis
scelerum immanissimorum. Qui sensus ex Hebræo
evidentis patet: *Ne peragas reum me*, id est, ne de-
clares vel ostendas esse me tali poenâ dignum, et ad
eam à te condemnationem pro criminibus meis. Ita ple-
rique interpretes hunc locum exponunt. Possunt ta-
men aequè commodè hæc verba sic accipi cum D.
Thomâ et Sanctio quasi præambula sint, et ad captan-
dam Dei benevolentiam proferantur, quomodo etiam
ad præviam futurorum verborum excusationem per-
tinent. Dixerat quippe se tædio victum verba velle
profundere, ubi crebrò aliquid minis limatum et ex-
pensum solet animis afflictis excidere; quocirca *noli*,
inquit, *me condemnare*, si videlicet verbum aliquod
parùm mihi protulero, qui tam immaniter infestor, ut
nequam pro otium verba præmeditari atque dispo-
nere. Orat itaque Jobus ne irascatur Deus, aut vitio
vertat, quòd tantum sibi libertatis assumat, ut ad
Deum videri possit locutus esse liberius. Eodem modo
Abraham, Genes. 18, 30: *Ne, quæso, inquit, indigneris,
Domine, si loquar*; et iterum, ibid. v. 52: *Obsecro ne
irascaris, Domine, si loquar adhuc semel.* Hoc idem nunc
agit Jobus, orat enim sibi ut liceat non invito Deo coram
ipso loqui, quòd nihil est aliud quam petere loquendi
facilitatem, quâ veluti obtenta Deum interrogat.

INDICA MIHI CUR ME ITA IUDICES? Id est, affligas et
punias. Est metonymia frequens in Scripturis. Hæc
verba sunt animi planè purissimi, qui nihil sibi con-
scius sit; quasi dicat: Quoniam merito meo sceleratus
videor à te haberi, cum in me tanquam in hominem
iniquum animadveras? Non sibi persuadebat Job,
quòd Deus illum, ut amici ejus opinabantur, iudicaret,
nec credebat se merito suo tot accepisse vulnera, cum
nullius flagitii sibi conscius esset; quare interrogat id,
non quòd dubitet, aut secus opinetur, sed ut se boni-
tatis et æquitatis Dei confirmetur. Est enim hæc inter-
rogatio negatione explicanda, sicut illa quæ post pauca
sequitur: *Numquid oculi carnis tibi sunt?* etc. Felix au-
tem ille qui perversis hominum sermonibus vexatus,
fretus conscientia sua id à Deo petere, et ita cum illo pos-
sit exposulari; plus enim cum ejus conscientia conso-
labitur, quam iniqui hominum rumores animi angent.
Sanctus noster paulò modestius censet Jobum de se
sentire, et in illum finem hic Deum rogare, ut peccatum
suum cognoscat et ploret, ac tandem sciat, quòd nihil
in suis actionibus propter Deum, quæ cupit illi esse probatissimas,
ne deinceps aliquid adiat à Deo non probabile:
aut etiam ut, huius tam severi iudicii causâ comper-
ta, qui peccatis gravibus suadente diabolo illum obligatum
esse putant, et tale supplicium sceleribus non
deberi vulgaribus, cognoscat tandem esse falsum, et

vexare desinant, si non prorsus innocenter, minis
tamen quam ipsi sibi persuaserant nocentem. Neque
verò mirum videri debet, si culpa ignarus rogetur,
aut quicquid lateat, ut per correctionem Deum placeat.
Quare etiam sic exponi posset, quasi flagellorum et dolo-
rum causas inquirat, ut si ea fortassis esse minima
aliqua mandati transgressio aut consilii incuriositas præ-
termissio, quæ conscientiam ejus effugiebat, eam corri-
geret, et Domini iudicium et castigationem efflueret.

VERS. 3. — NEQUID BONUM TIBI VIDETUR (1), SI
CALUMNIERIS ME, ET OPPRIMAS ME OPUS MANUM TUA-
RUM, ET CONSILIIUM IMPROBUM ADJUVES? Modus hic in-
terrogandi negationem suppressam continet, q. d.:
Scio tibi minime videri bonum, ut calumniis et cavil-
lis evertas et opprimas me, quem tuis ipse manibus
formidasti; aut ut incoerens fraudulenta consilia et
adjuves vota, qui innocentes moluntur insidias, aut
malum meditantur; nam id prorsus alienum est à tuâ
bonitate et sapientiâ. Unde in sequentibus omnes vias
injustitiæ, quibus terreni iudices corrumpi et ius per-
vertere solent, à Deo removet. Quasi dicat: Velim
ergo mihi insonti parere, aut significes quare, quo
fine et fructu ita me exerceas. Ita S. Gregorius.

Observandum est autem istiusmodi locutiones per
frequentes interrogations non solum æquivalere nega-
tionibus, sed vehementiam et energiam in negando
continere; profundiusque affirmat vel negatur ali-
quid per sic frequentatas interrogations, quam per sim-
plicem affirmationem vel negationem, eò quòd qui sic
interrogat, absurdum omnino indicat id de quo inter-
rogat. Qui modus loquendi frequentissimus est apud
Hebræos, sed potissimum in hoc libro.

Porrò calumnia, oppressio et impium consilium hoc
loco Satane, cui Job permissus fuit, et amici ejus
(quos impio errore delusus divinam providentiam

(1) *נִיבְוֹן לְבָבְךָ מֵיִשְׁרָאֵל בֹּנִים, volupte tibi est? Vel, nunc
inde tibi quicquam provenit commodi (ut infra. 15, 9.) מִיִּשְׁרָאֵל
בֹּנִים, quod opprimas, sell. quemquam. Significat
verbum *עִיבַר* *injuriam alteri inferre*, vid. Isa. 58, 14,
32, 4. Jer. 7, 6. Syrus: *Non sufficit tibi, quod oppri-
mis. Quod adversaris opus manuum tuarum?* quàm so-
leant artifices sua opera amare et tueri. Eane in te
esset immisericordia, ut tuum averseris opus? *עֲלֵי
labore*, hic notat *rem labore proferam*, ut Deut. 28,
53, Ps. 78, 46, Ps. 128, 2, Jerem. 5, 24. *Et super
consilium impiorum splendes?* i. e., et quòd luce vul-
tus tui illustres ac favore prosequeris consilia et co-
natus improborum. *Las et vitior nullas favorem signifi-
cat.* Conf. Ps. 60, 2, 30, 2. Bene Hieronymus: *Con-
silia impiorum adjuves.* Prosperas ea quæ improbi
suscipiunt, ut feliciter illis sui conatus et quæ delibe-
rârunt, cedant, dum me miserum interrum adeo duri-
ter tractas. (Rosenmüller.)*

NEQUID BONUM TIBI VIDETUR SI CALUMNIERIS ME, ET
OPPRIMAS? id est, pro calumniarum opprimas, id est,
injustè mecum agas? q. d.: Minime hoc tibi placeat;
alienum id à tuâ bonitate, sapientiâ et clementiâ,
Unde mox vias omnes injustitiæ, quibus terreni iudices
corrumpi solent, à Deo amittit. Optat ergo vel
sibi insonti parere; vel certè significat, quomodo ob-
cupam, vel quo fine, quo fructu sic exerceat. (Trinius.)

ET CONSILIIUM IMPROBUM ADJUVES. In Hebræo, *illius-
tres*; id est, *successu gloriosissimum et factus. Græci:
δουλοῦ δὲ ἀδικῶν ἀπολαύς, consilio autem impiorum fa-
visit.* (Grotius.)

oppugnâsse constat) literalis sensu tribui possunt. Hæc enim et similia Deo solummodo tribuuntur, quatenus ea permittit, et malis bene utens, in suam gloriam et patientis salutem cœlesti consilio dirigit. Quæ universorum Patrum et Scholasticorum theologorum consensio est. Unde Bellarminus, tom. 4. Controversiarum, lib. 2, c. 46, docet Deum erga peccata non habere positivè velle aut nolle, sed negativè non velle: Non habet, inquit, positivè velle peccata, quia bonus et justus est; nec esset bonus et justus, si peccata, id est, mala et iniquitates vellet; non habet etiam positivè nolle, quia omnipotens est; neque esset omnipotens, si aliquid fieret ipso invito; fieret autem aliquid ipso invito, si fieret aliquid quod ipse fieri nollet; non igitur habet velle aut nolle circa peccata, sed non velle, juxta illud Psalmi: *Non Deus velle iniquitatem tuæ*, Psal. 5, 4. Quare, ut bene Genebrardus ibidem notat, Deus non vult mala esse vel fieri, sed duntaxat permittit, inquit, ne homo naturæ suæ libertatem amittat, siquæ deterioris conditionis quàm alia res, quas sic ipse administrat, ut eas sinat propriis motibus agi ducique; item propter bonum universi et per accidens, ut inde aliquid bonum oriatur. Etsi enim privatus rector malum ab iis, quorum gerit curam, debeat excludere, quòd è malo bonum elicere non possit, Deus tamen universalis rector sive provisor, qui è singulis malis plurima bona potest elicere, ut ex persecutione tyrannorum patientiam martyrum, ex operibus hæreticorum purgationem sive probationem fidei iustorum, non debet omnia mala impedire, ne bona plurima deesse contingat universo, que ex malis à se permittis elicit. Ut igitur hanc divinæ gubernationis regulam hinc proposito nostro applicemus, eadem infestatio seu tentatio Jobi à Satanâ ut tentatore, à Deo ut permisso, ac satanici conatûs mali in bonum finem directore, duxit originem; idemque de calumniâ et oppressione hoc loco asserendum. Neque desunt passim in Scripturis exempla, quibus Deo ascribuntur ut bono directori que à peccatoribus perperam committuntur, qualis fuit Hierosolymæ devastatio, que, cum Chaldeorum inspie agentium opus fuerit, saepeumerò à Jeremiâ in Lamentationibus Deo attribuitur. Job itaque per modum admirantis et sortem suam deplorantis Deum interrogat, quomodo, cum summè bonus, æquus ac justus sit, consilium nihilominus impiorum adjuvet conatibus eorum favendo, quibus opus manuum Dei protectione dignum opprimere moliantur, dùm se innocentem malevolorum injuriis appeti, contumelias et maledictis onerari, probro et calumniis indignissimè lacerari permittit, ita ut in eâ vexationum inhumanitate nihil jam aliud sperare posse videatur, nisi ut è bonorum finibus ejectus, famâ et fortunis spoliatus, miserimè pereat; in hoc ipso tamen justum, licet sibi occultum, Dei judicium agnoscat ac veneratur, cum subdit:

VERS. 4. — *NUMQUID OCULI CARNEI TIBI SUNT; AUT SICUT VIDET HOMO ET TU VIDEBS (1)?* Alteram assinat

(1) *לֹא בְּעֵינַי, Oculi humani (nam בְּדַעַד de mortalium*

rationem, cur Dei judicium non possit esse non justum, quia scilicet et hominum merita et eorum pondera ignorare non poterat, qui oculos non habet carnes, qui sæpè lippi sunt et languidi, atque in rebus etiam clarissimis hallucinantur, et, ut bene fuerint à natura constituti, certè interiora non vident aut coloris expertia; Deus autem oculos habet plusquam lynceos, quibus neque objecti parietes impedimento sunt, ne, que abscondita sunt, penitus inspiciant. Quare ab Ecclesiastico dicitur *oculi Domini multo plus lucidiores super solem*, Eccl. 26, 28, ubi appositè oculum, id est, aciem mentis, quæ Deus omnia inspicit, comparat et præfert soli, cui poeta rerum omnium inspectionem attribuit, dicens:

Sol qui omnia videt, et omnia audit.

Sed longè meliùs Sophocles, in *Œdipo*, *Dei oculum*

genere dicitur, ut Genes. 6, 12, Isa. 40, 5, Ps. 65, 5) errori et vitiosis affectibus obnoxios indicant. Num tum te fallere potest iudicium, ut homines, ut odio in me occupatus insontem me sentem iudices?

Avez-vous des yeux de chair? etc. Vos yeux sont-ils semblables aux yeux de l'homme, etc., pour vous informer de mes iniquités, etc., et pour connaître que je ne suis point un impie? — Avez-vous des yeux de chair, comme en ont les hommes qui ne voient que ce qui paraît, vous, mon Dieu, qui sondez les reins, et le fond du cœur? Vos yeux sont-ils semblables aux yeux de l'homme, vous qui êtes éternel, et à qui rien n'est caché? êtes-vous semblable à l'homme dont la vie dure si peu, et qui ne connaît que ce que l'expérience de chaque jour lui apprend? Ressentez-vous, dis-je, à l'homme, vous qui connaissez éternellement toutes choses, pour avoir besoin comme l'homme d'information et de recherche, afin de connaître la vérité, et d'être assuré que je ne suis point un hypocrite et un impie, ainsi que mes amis m'en veulent convaincre, moi qui sais que nul n'est capable de tirer d'entre vos mains celui qui commet l'iniquité devant vos yeux?

Job représente ensuite à Dieu même tous les soins qu'il a digné prendre pour le former dans le ventre de sa mère, s'efforçant de le toucher de compassion pour son propre ouvrage. Et l'on peut dire que cette formation charnelle qu'il décrit ici, est aussi une excellente figure de la formation spirituelle de l'homme nouveau, qui a été faite lorsque la main toute puissante de Dieu a donné à l'homme la vie de la grâce, ainsi qu'il est dit en cet endroit: « C'est-à-dire, selon que l'explique saint Augustin, lorsque Dieu n'ayant pas abandonné l'homme après qu'il est né selon la chair, lui a encore donné sa grâce pour vivre véritablement; c'est-à-dire, justement; et que croyant que c'eût été peu de chose que cet homme eût reçu la vie du corps en naissant, il lui a fait part d'une autre vie, qui est celle de la grâce, de peur qu'il ne fût toujours un enfant de la colère comme tous les autres, et ne demeurât parmi les vases de la colère, au lieu d'être mis au rang des vases de la miséricorde du Seigneur. *Quia parim erat vita quam nascendo sortitus est, idè addidit et misericordiam, ne remaneret naturaliter filius iræ sicut et cæteri, atque inter vasa iræ, non inter vasa misericordie conferret.* »

C'est à cet homme renouvelé par la grâce à se souvenir continuellement de ce que dit Job, que *Deus l'a fait comme un ouvrage d'argile, et qu'en peu de temps il le réduira en poudre*. Car nous portons, comme dit l'Apôtre, ce trésor de grâce dans des vaisseaux très fragiles, afin que nous souvenant que nous sommes à toute heure en danger de nous briser, nous demeurions convaincus que ce sera la continuation du secours de Dieu qui conservera notre âme. (Sacy.)

περὶ τῆς, omnia intuentem appellat, quòd non solum ea quæ in extremâ terræ superficie constituta sunt vident, sed absconditos mundi angulos, cubacula, lectos, antra, cavernas, latibula, fossas, hiatus, ipsum terra centrum, et infinita alia, que solis aspectum fugiunt, penitissimè penetret, et clarissimè intueatur; præsertim actus hominum etiam internos, quos tanquam *καρδιολόγους*, acerrimâ mentis acie circumspicit et intuetur, ut suo tempore æternis penis vel præmiis eos puniat aut remuneretur. Nam, ut pulchrè Salomon in Proverbiis ait: *Omnes viæ hominis patent oculis ejus; spirituum ponderator est Dominus*, Prov. 16, 41. Ex Hebræo quidam vertunt: *Omnes viæ viri vitree in oculis ejus*, id est, diaphanæ et transparentes. Significat omnes rationes et consilia hominis Deo esse manifesta, aut, si licet dicere, vitrea et crystallina, ita ut illa penitus inspiciant et intentissimam illius aciem nihil fugiat; interim tamen dùm vitro perlucet et crystallo diaphano comparantur, insinuat quàm fragiles et inanes sint providentiæ humanæ et cassa hominis consilia apud Deum; non solum enim ea penetrat, quia diaphana sunt, sed etiam nullo negotio infringere et comminere potest, quia vitrea sunt. Addit: *Et spirituum ponderator est Dominus*. Deus enim, inquit Lyranus, appendit spiritus ad retribuendum secundum merita et demerita. Alii hoc ad intentiones animi referunt, ex quibus operum valor penditur. Genuinus autem sensus esse videtur, Deum internas hominum cogitationes non solum penitus inspicere, sed etiam appendere et librare, et levæ sint, an graves, lance suæ astimationis explorare. Leves cogitationes sunt jocularæ, inanes, vanæ, superbae, et alia id genus; graves autem humiles, demissa, seriæ, et quæ cum his concludunt, quas omnes exactissima divinæ justitiæ trutina apponderat.

VERS. 5. — *NUMQUID SICUT DIES HOMINIS DIES TUI, ET ANNI TUI SICUT (1) HUMANA SUNT TEMPORA; VERS. 6. UT QUÆRES INIQUITATEM MEAM, ET PECCATUM MEUM (2) SCRUTERIS?* Excludit hic à Deo defectum illum humane cognitionis, qui provenit ex temporis successione, quæ fit ut homo de die in diem plura cognoscat, et vicissim per temporis longitudinem obliviscatur ea quæ prius noverat, ut sic oporteat eum iteratò quasi addiscere. Quod in Deo non habet locum, in cuius amplissima illâ scientiâ hoc quoque est mirabile, quòd nec tempore augetur, nec oblivione minuitur, sed attingit à fine usque ad finem, et præterita, atque illa quæ in omnem seculorum con-

(1) Hujus versus sensum aliqui hunc constituent: Num opus habes, hominum more, temporis diuturnitate ad inquirendum de facto meo, et ad cognoscendum, qualis sim? Sed videtur potius ad mutabilitatem referendum, quòd Deus sit immutabilis, semper idem, neque hæc in re hominibus similis; q. d.: Num dies annosque vicissitudinum habes, sicut homines, qui quam hodiè tenuerunt sententiam, cras mutant, quòd hoc constitutum anno, sequenti abrogant? (Rosenmuller.) (2) Id est, ut explores per hanc plagam, quasi per tormentum, an reus sim, an verè et ex animo tuus sim. (Vatablus.)

tinuationem futura sunt, tam clarè et distinctè videt, quàm que modò in oculis geruntur; præterea videt omnia possibilia, innumerabiles eorum species, dissimilimas qualitates, actionum infinitam varietatem, perenni annorum curriculo motiones animorum, et cogitationes in omnem partem immensas; quas omnes sine comparatione faciliùs et distinctius habet in numerato, quàm nos tria dinumerare possumus. Deus immortalis! quàm acutus summæ mentis intuitus! quàm sapientia vis! quàm immensus oculus? verè *περὶ πάντων, omnibus illucens*, ut Græcicè doctoribus vocatur.

Hujus porrò perspicacitatis nostro concipiendi modo quasi radix ejus est æternitas, cui nihil præteritum, nihil futurum, sed totum simul et semper præsens. Hanc antiqui variis symbolis, modis et figuris adumbrare conati sunt. Plotinus, Enneades 5, lib. 7, cap. 1, æternitatem ait esse maximè venerandam, eamque definit esse primam essentiam, vel idem cum Deo. Peripatetici verò Numinis divinationem eum pingere, pyramidem admirabant, sive lucem igneam incorporei et immaterialis mundi, ait Cœlius Rhodiginus, lib. 2, cap. 10, qui vocetur, inquit, *αἰών*, sive æternitas et æther; hinc animos corpore abstracto in liquidum æthera venientes fieri Deo immortales, quod Pythagoræi docuerunt. Andabatarum illi more gradiebantur, et per nebulam et transneam videbant, quod in luce clara docti à Deo collocant; qui aiunt solum Deum æternum esse, tempus Dominum, cuius regnum sit regnum omnium seculorum; alia omnia labi et fluere, et pondere suo tendere in nihilum. Nam tantæ animæ et beatæ mentis dicantur sempiternæ, non tamen semper fuerunt, nec nisi alieno beneficio tempore futuro, ut quodammodò fœneratitiam æternitatem et præcarium habere videantur; hinc *αἰώνια, æterna* tantum dicuntur, non *ἀίδεια, sempiternæ*, ut docti monent; et à causâ luc Arropagi S. Dionysius, de divinis Nominibus cap. 5, *αἰώνια, ipsum per se ævum* Deo tribuit ut propriam æternitatem. Ridentur fœneri illi gloriosi quondam Caesares, qui pro æternitate imperii (teste Suetonio in Nerone, cap. 11) ludos faciebant; quibus ludis consequantur, ut imperium ludus fieret et ipsi illuderentur. Itaque ipsa Roma laureis triumphisque superbiens, quam æternam urbem indigebant, quamque Augustus è lateritiâ marmoream se fecisse gloriabatur, è marmoreâ in luteam recidit, si veterem Quiritium pompam et magnificentiam consideremus; hoc uno jam felix, quòd ob angustiam Petri sedem planè gemæa est, catholicæ religionis sacramentis atque virtutibus ut sapphiris unioibusque pellucens.

Cæterim clarè oracula divina pronuntiant solum Deum esse propriè æternum; quam ob causam *rex seculorum* nuncupatur à D. Paulo, 1. Tim. 1, 17; *Antiquus diemum* à Daniele, cap. 7, 9; ab Isaiâ *Excelsus et sublimis, habitans æternitatem*, cap. 57, 15; à Syris *Gigas seculorum*, ob magnitudinem potentæ et majestatem æternitatis. De Deo non est verum dicere: Fuit aut futurus est; sed *qui est in momento*

aeternitatis est verissimum nomen ejus. Id momentum ut est perfecta et interminata beate vite possessio, existendi fons atque principium, ita nec capit aliquando, nec fato minui aut pati occasum potest. Praclare Seneca, epist. 57: «Nulla immortalitas cum exceptione est, nec quidquam noxium aeterno est?». Sed malè id tribuit animo, qui, si malus est, noxiam aeternitatem consequitur. Solutus Deus aeternitate sua tutus et totus est; nusquam variabilis, qui omnem temporis fluxum et seculorum commutationem idem exsuperat. Cogitemus non Nestorem aliquem triseclum senem, ut Nevius apud Gellium ipsum vocat, sed Adamum, Mathusalemum, aut è macrobiis illis proceribus unum, qui singulis diebus longissimè filius ætatis aliquid novum et admirabile didicerit, novas animi intelligentias, novas rationes et lumina perciperit necesse est, post mille annorum curriculum magnum esse quemdam acervum scientiarum et pulcherrimarum notionum, quæ cum temporum successione veritateque accesserint. Ex aliâ verò parte pisionem consideremus, quem nascentem sic illustraverit Deus et docuerit, ut quæcumque immenso illo annorum curriculo percepturus esset, uno momento perfectissimè et firmissimè complectatur, et totius illius temporis vivam et præsentem et distinctam habeat simul et eodem momento imaginem; in illo tenuem quandam eligem aeternitatis compendium. Nam quæ Deus serie quædam inexplicabili seculorum alia atque alia comprehenderit, in momento habuit quod perenne est, atque unius modi futurum in omnem aeternitatem. Pari enim modo Deus omnes suas cogitationes, omnia consilia, omnia decreta simul ab aeterno immutabiliter cogitat et retinet, ita ut nihil novi possit cogitare, nihil novi possit occurrere, nihil etiam velle aut decernere, quod ab aeterno non cogitavit, voluerit, statuerit, decreverit; nihil permittere; fieri in tempore, nisi id ab aeterno statuerit permittere; nihil facere in tempore, nisi quod decreverit in aeternitate. Semper enim aeternum decretum circa omnia et singula debuit præcessisse, sine quo in tempore nihil fieri potest. Non quod Deus absolutè non possit facere alia quam quæ fecit aut facturus est; absit, potest enim alia et alia sine fine, etsi re ipsa non decreverit facere; fieri tamen non potest, ut re ipsa aliquid fiat, nisi decretum faciendi ab aeterno præcesserit. Itaque potest omnia absolutè, consideratâ ipsius potentia et sapientia et summâ libertate ab aeterno quilibet decernendi; non potest omnia ex suppositione, necpè supposito quod decreverit non præcesserit. Postulat ipsius eminentissima aeternitas et immutabilis celestudo, ut omnia quæ fiunt in tempore, et quæ non fiunt, in sua luce infinitâ tam perfectè consideraverit, expendit, ponderaverit, atque si infinito tempore de singulis deliberasset et consultasset. Unde factè illi fuit de omnibus et singulis statuerè semel et simul, quæ infinito post tempore faciendâ vel permittendâ erant; imò id erat necessarium, ne voluntas ejus circa aliqua objecta maneret

quasi suspensa, quod est imperfectionis. Quare nulla est in Deo actuum intellectus aut voluntatis successio; quod semel cogitat aut videt, semper cogitat et videt; quem semel amat semper amat, sed pro eo tempore quo erat amabilis, nempe pro tempore statûs gratiæ; quem semel odit semper odit, non absolutè, sed pro tempore quo odio dignus; pro alio verò tempore quo amore dignus est, illum amat. Hi actus qui nostro modo concipiendi in Deo existunt ab aeterno non cessant propriè, nec extinguuntur, neque de novo emergunt vel eliciuntur, sed manent invariabilis respectu sui objecti pro certo tempore, et in certo statu considerati; nec tribunt absolutam denominationem, nisi eo tempore, quo objecta in certo statu existunt, et pro illo tempore quo in eo statu existent vel extierunt. Quæ sanè res magnam quandam et singularem divinæ mentis præstantiam arguit, et apud omnes admirationem, uti pulchrè Lessius, lib. de divinis Perfectionibus, docet.

Job itaque hujus theologiæ minimè ignarus: *Nam quid, inquit, sicut dies hominis dies tuæ?* etc., quasi dicat: Nequaquam, Domine, sed cum aeternus sis, et omnia videas penitusque cognoscas ab initio priusquam fiant, non opus est tibi longâ temporis morâ, ut in causam inquiras; non opus est testibus, vinculis, equuleo, ut veritatem explores, quod fieri solet in humano judicio, ut in iniquitatem meam longo hoc carcere et carnificinâ perscruteris; qui longè me contere tractus nervis, quasi constructum vinculis, in hoc finitum quasi in obscurum et tetrum carcerem projecisti, quasi timeas ne à tuâ potestate fugitivus elabar? Sic ille amanter ac suaviter gerimonias doloribus et angoribus admiscet, ac si per hæc verba pro penâ relaxandâ Deo supplicaret. Sed quorsum, inquit, criminalis processus iste, ac si in fores judicis aliqui mortalis, qui per dies multos reum torqueres ad seculum confessionem scrutinio accurato exprimebam, cum intima mea noveris exactissimè? Unde subdit.

VERS. 7. — ET SCIAS QUIA NIHIL IMPUM FECERIM (1), CUM SIT NEMO QUI DE MANU TUA POSSIT ERUERE. Modus hic conquerendi modestissimus est et afflictiosus animo valde congruus. Evenire passim solet, ut iudices mortales à flagitiosis et protervis hominibus, adactâ multâ tormentorum vi, nequeant criminis confessionem extorquere; quocirca in dies singulos graviores cruciatus excoquant, reos ad questionem revocant, minantur, terrent; neque ob id audaces et intrepidi

(1) Seduloque indagandum est tibi, utrum criminis aliquid commiserim? Vel potius: Probè enim noscitur, ne nihil impium gessisse; neque enim gesta mea te latent. Cur igitur tam duro examini me subicias? ane ut explores utrum reus sūm an innocens? COM SIT NEMO, qui DE MANU TUA POSSIT ERUERE. Si reus criminis apprehendatur, semper tibi facilitatem erit me capere et punire, nemine resistente. Aliter: Innocens licet sim, cripi tamen è manibus tuis nullius ego valeo; quare nihil superest, nisi ut supplex deprecationem tuam implorem. Frustra tibi causæ meæ aequitatem expono, quam probè nosti. Frustra etiam ad aliud judicis tribunal appello, alius nemo causam meam amplectetur. (Calmet.)

rei concidunt aut palescunt, donec repetitâ torturâ fracti, atque se neci tradendos animo persuasi, concedunt tandem iudicibus, seque à morte illâ multiplici redimunt. Hic Jobus respexisse videtur, ut oppositâ vitæ integritate lamentum exaggeret. Magna profectò bonæ conscientia fiducia, quæ ipsimet Deum innocentia suæ testem adhibet, dicens cum scire, quia nihil impium fecerit. Fundamentum scilicet solidum fiducia nostræ in sceleris vacuitate innocentiaque consistit, ut disertè charus Deo Joannes monet, 1 Epist. 3, 20: *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* Si tuta placida est conscientia, si nulla synteresis immurmurat, si mens in recessus et latebras animi contuens nihil videat, quod divinæ legi voluntati que repugnet, oritur illa dulcis et jucunda fiducia propria filiorum Dei; et tristibus in rebus atque deploratis vadimus ad bonum et amantissimum genitorem, et depressum animum et ægram atollimus certâ spe opis et humanitatis.

Quod autem subdit: *Cum sit nemo qui de manu tuâ possit eruere*, hunc sensum habet, ac si dicat: Timeas te, Domine, nihil iniquè feci; sciebam enim me tuas manus atque oculos non posse evadere. Perique sanè pii viri hoc genere considerationis plurimam proficiunt ad virtutis omne genus et perfectionis, cum præsentem ubique Deum cogitant et venerunt; multosque scimus à scelere et maleficio revocatos, quod adorandum omnibus Numen adesse cognoscerent, cujus fallere oculos aut ultricem criminum manum effugere nullâ ratione possent. Quare quis sceleratus vivens in Dei præsentia non erubescat, ne dicam exhorrescat? Sanè potentissimum est hominibus frenum istiusmodi cogitatio, quæ usus etiam David in magnâ fortunæ licentiâ summum animum componebat. Divinè S. Leo, serm. 5 de Quadrag. c. 1: *Ista ergo, inquit, scientia summi Judicis, iste est tremendus aspectus, cui pervium est omne solidum et apertum omne cœcrotum, cui obscura clarent, muta respondent, esilentium confitentur, et sine voce mens loquuntur.*

VERS. 8. — MANUS TUE FECERUNT ME, ET PLASMAYERUNT ME TOTUM IN CIRCUITU: ET SIC REPENTE PRÆCIPITAS ME (1)? Aliam hic eamque prægnantem adducit

(1) In eo divinam opificis sui sapientiam et constantiam requirit, quod se, tam miro artificio ipsius manibus elaboratum opus, tam vigili curâ lactentis servatum, tot ab eo beneficiis maclatum, nunc nulli sententiâ de causâ abiciat, abominetur atque interfectioni devoveat. *וַיִּבְרָא יְהוָה מַעֲשָׂיו* formantur me summa diligentia et curâ; hanc enim notionem ex nomine *וַיִּבְרָא labor, moestia* (Proverb. 5, 10, 14, 23), verbum assumit. A. Schultensii interpretatio, in libro de *Defectibus hebraicis ling.* Hebr. § 140, p. 385 (edit. anni 1761), proposita, *nervis me constrinxerunt*, ex Arabico, *arctè hinc, constrinxit, unde nervus, rectè monuit J. D. Michaelis in Supplem. p. 1910, obstatè inversum verborum ordinem: Nervos dederunt mihi et fecerunt me; וַיִּבְרָא ה. 1. non simpliciter facere notare, sed accuratè facere, componere, aptare (ut Amos. 9, 14, וַיִּבְרָא לְךָ), rectè à pluribus interpretibus observatum. Voces וַיִּבְרָא non sunt, cum Mercero, jungendæ *וַיִּבְרָא לְךָ* (quomodo? rotundaret), huc sensu: Et tamen nunc me simul undequaque conficis et dolore perdis ac exhaustis totum; sed connectendæ sunt cum præce-*

rationem, ob quam mitis et elementis secum agi debeat, quia nimirum opus est Dei. Quæ ratio apud homines multum habet momenti; agrè enim adducuntur, ut opus suâ industriâ sumptibusque perfectum demoliantur. Ex verbo autem *plasmare*, quod Hebraicè est rem orare, politè et omnibus numeris absolutam perficere, affabrè et artificiosè elaborare, nec non ex verbo *præcipitare*, pro quo in Hebraeo est *deglutire*, sive uno haustu absorbere, is resultat sensus, ac si dixerit Job: Num quem tanto artificio, sapientia, subtilitate, elaboratissimo opere fabricaveris, repente uno ictu præcipitabis, absorberis, et ad nihilum rediges? Ideò scilicet superius, versu secundo, dixerat: *Indica mihi cur me ita iudices?* Non enim ibi de iudicio Dei declinando, sed de indagandâ ratione, cur præter Dei morem, qui lento semper gradu omnibusque modis causâ examinatâ ad iudicium ferendum accedit, tantâ celeritate duplicatas illi plagas infligeret, sermo esse videtur.

Job itaque, cum malis undique urgeretur, orat Quondam, ut opus suum respiciat ac teneat, quod in eo nihil est quod non divina manus singulari quodam artificio eformaverit. In hac certè rerum universitate, quam tuemur, nihil homine est perfectius, nihil admirabilius; ad illius constitutionem, quam ut specimen magnæ mentis et potentissimæ suæ manû omnium rerum aditator exhibuit, uterque mundus, cœlum et terra concurrerunt, ut notavit Presbyter Anastasius, qui, tractatu de Hominis creatione, constitutionem illam nominat *עֲשֵׂתָן כַּי דְּעֲשֵׂתָן שָׁמַיְתָא, horrore quodam sacro vereandam et difficilè explicatam, reconditis mysteris plenam, in æquum mixtum quemdam esse mundum è duobus mundis compaginatum, et cognatum utrique. Eandem eximè mirantur et predicant sancti Patres; ac Joannes quidem Chrysostomus, homil. 9 de Prophetis obscuris, cum mentis aciem in hominem intenderet, illum vocabat *δευδὸν ζωῶν, duplitem animantem*, è diversissimis naturis conflatum, cœlesti et terrenâ; quarum ipsæ communionem sit utriusque *σύνθετος, nexum vinculumque mirandum.* S. Gregorius Nazianzenus, orat. 26, nullum finem facit hujus tanti opificii laudandi et oratione celebrandi; et hanc mixtionem ait esse *πρωτοτύπου καὶ ἀποτύπου, mysticam, et arcano modo perfectam et inexplicabilem, in cuius admiratione creata omnia ingenia conterantur.* Quare non est negandum, è tam miran-*

dentibus, ut hæc sit sententia: *Tuæ me manus summâ curâ et arte formantur, quantus sum undequaque, ut nihil in me sit tam exiguum, quod non magnâ Dei curâ et artificio sit elaboratum et compositum.* *וַיִּבְרָא* uniter eodem planè modo à nostro usurpari quo à Luchelio, §, 338.

..... Qui actu conjugioque Corporis atque animæ consistimus uniter apti, i. e., unitissimè juncti et congmentati, appositè monuit A. Schultensii. Conf. Ps. 122, 3. De dissensu antiquorum interpretum in horum verborum interpretatione vid. J. D. Michaelis Biblioth. Oriental. (priorem) part. 7, p. 232. (Rosenmüller.) Deo ascribuntur et etiam quæ per naturam fiunt, ab ipso sicut institutum. Confer Psalmum 139, 4. (Grotius.)

fica societate hominum corpori, tametsi luteo, et à pulvere atque argilla temperato, magnam quandam speciem dignitatis prestantur accedere. Deus enim ut metator circumspexit et prudens animæ domicilium apparavit, quod præstantiæ regique dominationi opportunum et decorum esset. Sapienter enim animadvertit Galenus, lib. 4 de Usu partium, cap. 2, cùm sit corpus, ut appellat ipse, *ἐργασιον, instrumentum animæ*, omni animanti corpus aptum esse animæ motibus et facultatibus quod in equo, leone et aliis multis declarat. Homini præinde, cùm sit maximè sapiens, et solus inter animantes divinus, animæ decoratus, quæ beatarum mentium cognatione et similitudine quoque Dei tenetur, corpus dari tantâ excellentiâ non indignum et ornatum ad omnium admirationem. Unde brevi et arcano elogio præclarè dictum est ab Hippocrate, cap. 13, homines præcunctos corpus *θεῶν, justum*, hoc est, meo iudicio, tam perfectum suis omnibus numeris et partibus exoptum, ut nihil desit, nihil redundet, omnia verò sint ad normam et amissum exacta, ut statèrã expensa et divino iudicio composita et descripta videantur; eâ causâ nos tantî Opificis magnitudinem et potentiam et inositatam sapientiam tùm mirari, tùm nervis animi omnibus prædicare oportere.

Trismegistus quoque, antiquæ theologiæ parens et inventor, omnes ad amissum humani corporis artus exectus, ex iis gloriam Denariurgi, et magnificum hoc opus divinis manibus elaboratum hymno sacro et lætiori veluti cantu in cœlum efferebat. Et in eodem humano corpore Epictetus *ἐπιπέδα θεῶν, Dei symbola* animadvertēbat, et vestigia clara divinitatis potentissimè et sapientissimè operantis. Ad Deum enim structure huius pulcherrima compositio referenda est, quod cœlesti mentis afflatu S. Job hoc loco proficitur, dicens: *Manus tuæ fecerunt me*. Quasi summus rerum Architectus in humano corpore ædificando specimen collocare voluisset dædalæ manûs suæ artisque omni cogitatione majoris. Et sanè corporis partes omnes quasi mysteriis consecratae magnis sunt, et à Deo providentissimè figuratæ, in quibus veluti in sacris Ægyptiorum Litteris arcana divina possint intelligi. Quare Salomon cùm de sui corporis structo opificio et compositione disputat: *In ventre*, inquit, *matris figuratus sum caro*; in Græco est *ἐπίθετον, sculptus sum*, divinâ manu hieroglyphicis veluti notis insignitus, admirabiliter effigiatûs, arcanae providentiæ symbolum, effectricis omnium sapientiæ clarum argumentum. Hinc nostri sapientes, qui in artium contemplatione et speciosissimæ rerum varietatibus, qua in mundo visuntur, partem curæ suæ posuerunt, et aiunt Deum non multiplicem modò suam interminatamque sapientiam in singulis corporis nostri membris eorumque numeribus ostendisse, verum in iis pulcherrimam quoque suam veluti in pulchro elegantique vestigio declaravisse. Ex quo fit, ut qui arte industriæque suæ aliquid exoptatum et perfectum velit efficere, id nullâ ratione consequi possit, nisi illud humano corpori, partimque illius consensionem et descriptionem

mirifice pro cuiusque ratione respondere faciat. Certè omnem architectandi rationem ex hominis symetriâ tanquam ex perfectissimo naturæ artificio desumptam fuisse affirmat Vitruvius. Quod in templo Salomonis longè exquisitiùs demonstrat eruditus, quod ex corporis humani similitudine et proportionem mirabili et delineatum fuit divinitus et perfectum, ut pluribus ostendit noster Vitalpandus in Ezechielem.

Hoc igitur corpus tantâ perfectione fabricatum rogat Job ne destruat, et quidem ab auctore suo. Qui sanè rogandi modus, à conditoris bonitate et sapientiâ velut ab argumenti sede petitus, plurimum valet ad elementiam impetrandam. Eo quippe ipso quòd quis alicujus operis auctor est, benè afficitur ad operis sui conservationem, et remotionem eorum que utcumque illud lædere possent. Quis enim architectus non agrè ferat destructionem domûs, quam operosè construxit? Quis agrî cultor devastationem hortî peramantem, quem artificiosè ac sollicitè coluit? Profectò non modò demolitionem, verum etiam neglectum aut leve detrimentum auctor quisque indignè tolerat, operisque perfectionem quantâ potest maximè sedulitate procurat. Quædam enim velut generatio est, quæ paternam quandam providentiam propensionemque producit. Pondus auget ille dicendi modus, *totum in circuitu*, quo totius hominis partes indicat, ita ut nihil in homine sit, quod divini artificii solertiam non testetur et prædicet, nihil quod omnipotentem Dei manum et ineffabilem sapientiam non ostendat. Videtur autem Job alludere ad morem artificum, qui opus penè absolutum curiosè circumspicit, et vestigia ipsimet angelis invidendam, utpote quòs Deus solâ voce creaverit, cùm hominem propriis suis manibus efformaverit. Unde D. Ambrosius, lib. 2 in Lucam, cap. 5: «Non otiosè, inquit, corporalibus quibusdam manibus circa Adam et Evam Moyses Deum inducènt operantem. Mundum Deus fieri jussit, et factus est; et uno verbo opus mundi Scriptura indicat absolutum; ad hominem venit, et manus ipsæ quodammodo studium ibi propheta Dei laborantis ostendere; plus nescio quid in his intelligere, quam clego, opera Dei elaborata me cogunt.» Ubi expendè illa verba, *plus nescio quid in his intelligere quam ego* quasi diceret: Satis exprimere non possum hominis excellentiam, cùm ipse Deus suas manus demittat ad eum efformandum. Pulchrè item hanc formationem expendens, S. Basiliius, Hom. in Hexamerum, verbum illud, *fecerunt*, ad animam, *plasmaverunt*, verò ad corpus referendum censet, quod ex Genesi et regio Psalme probat: «Nam quo loco, inquit, dictum est, Gen. 1, 27: *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum*, ibi expressè positum est verbum *ἐποίησεν, id est, fecit*; jam verò deinceps quando de corporis substantiâ sermo est, verbum inierit hoc

ἐποίησεν, id est, formavit, finxit, plasmavit; regius etiam Psaltes hoc esse discriminis inter facturam et formationem edocuit suo illo versiculo, Psal. 118, 75: *Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me.* Fecit utique interiorem et arcantum hominem; plasmavit sive finxit hunc externum. Congruè enim ad cœvum sive lutum plasmatio aut figmentum refertur, de quo subdit:

VERS. 9. — MEMENTO, QUÆSO, QUÒD SICUT LUTUM FECERIS ME (1), ET IN PULVEREM REDUCES ME. Particularis jam prosequitur modum formationis corporis humani, quem magis universè atque confusè versu præcedenti proposuerat; et primùm edocet materiam, ex quâ Deus primùm hominem plasmaverit, alludens ad illud Genesios, cap. 2, 7: *Formavit Deus hominem de limo terræ*. Ubi, qui litteras Hebraicas noverunt, pro certo aiunt vocem, cui in nostrâ versione respondet limus, significare minutissimum ac vilissimum pulverem, qui adjectâ aquâ, ut notavit Tertullianus, coactil, et formationi hujus statuæ luteæ aptam ma-

(1) J'aroue, Seigneur, que je n'ai pas conservé la dignité de ma première origine; que je n'ai répondu à vos bienfaits que par mon ingratitude, et que j'ai mérité d'être asservi au séducteur dont j'ai imité l'orgueil et la révolte. Car je ne distingue point ma cause de celle d'Adam, et je parle ici en son nom, aussi bien qu'en celui de sa malheureuse postérité. Mais s'il vous a été facile de me tirer de la poussière, pour me placer dans une haute élévation, vous sera-t-il moins facile de m'en tirer une seconde fois, pour me rendre la gloire que j'ai perdue? Qu'étoit l'argile, avant que vos mains l'eussent figurée? Ou étoient mes biens, avant que je les eusse reçus de vous? L'argile, qui a été si docile entre vos mains, et qui a reçu sans résistance les traits qu'il vous a plu de lui donner, sera-t-elle moins traitable et moins obéissante, quand il vous plaira de les lui restituer!

Votre sagesse est-elle épuisée par un premier essai? Votre art, si fécond en merveilles, ne peut-il pas réparer un ouvrage dont il reste beaucoup de vestiges? Le potier ne peut-il pas corriger dans la masse dont il se sert, une figure qui lui déplaît? N'est-il pas le maître de son dessein? L'argile, qu'il destine à certains usages, arrête-t-elle ses mouvements, ou ceux de la roue qu'il conduit et qu'il gouverne?

Il est vrai, Seigneur, que toute autre main que la vôtre ne peut réparer ce que j'ai perdu. Mais aussi ma confiance n'est qu'en vous seul. Et je comprends que si vous n'étiez pas le Créateur de l'homme, il ne serait pas en votre pouvoir de le réformer. En cela je conviens que la comparaison du potier est imparfaite, et qu'elle ne marque pas assez ni votre pouvoir, ni notre dépendance. Car ce n'est pas le potier qui donne l'être à l'argile, et il ne peut, pour cette raison, en changer les qualités naturelles; au lieu que c'est de vous, Seigneur, que nous tenons et l'être, et la justice; et que c'est parce que vous êtes le maître de la nature, que vous pouvez toujours la réformer par votre grâce. Ainsi cette double dépendance, qui fait ma gloire, fait aussi le fondement de la pleine confiance où je suis que vous me rétablirez dans tous les droits dont je suis déchu, et que vous ne me laisserez pas dans l'avidité et la bassesse, en oubliant avec quelle bonté vous m'en avez tiré. *Memento, quæso, quòd sicut lutum feceris me. Et in pulvere reducaris me?*

«Souvenez-vous, je vous supplie, que vous m'avez figuré comme un vase d'argile. Et consentirez-vous après cela à me réduire en poudre?» (Duguet.)

(1) On peut traduire, et, par au.

teriam præbuit. Lutum namque non siccam terram et dissolutam, sed humore temperatam designat, quæ primùm in statum figuratam, et postea veluti calore solis exsiccata, aliquam consistentiam haberet, nec ob mollitiem hæc illi que diffunderet. Meminit etiam Esdras, aut quisquis fuit auctor libri non canonici, sed eruditus, 4 Esdras 3, 5: *Dedisti, inquit, Adam corpus mortuum* (id est, inanime, et quod nunquam viscerat, et terrâ formatum); *sed et ipsum figmentum manuum tuarum erat, et insufflasti in eum spiritum vitæ, et factus est vivens coram te*. Fecit igitur Deus hominem de limo terræ, ut disceret quid esset, quemadmodum ait Laurentius Justinianus, Sermone de S. Georgio martyre: «Ne de se superbiendo præsumeret, quæ se de limo vilissimo sciret esse plasmatum.» Fecit de limo, quia id hominis natura poscebat, ut caro ejus ex luto et cœno fingeretur, cui anima rationalis unita nobilissimum luto et excellentissimum esse præstaret. Fecit ex luto, ut in exaltatâ materiâ vilissimâ suam potentiam et largitatem ostenderet. Fecit ex luto, ut suaviter hæc inferiora regeret, et lutum luto prædiceret. Fecit tandem ex luto, ut arrogans et superbus hominis spiritus quasi luto mersus, et suæ conditionis vilitate compellitus, disceret Deo obtemperare.

Multis autem modis à Deo est homo hujus suæ naturalis vilitatis admonitus. Vocat enim Deus seipsam figulum, cùm opus creationis humanæ commemorat, cuius circa argillam et lutum desudat industria. *Ecce, inquit per Jeremiam, cap. 18, 6, sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu meâ, domus Israel.* Et per Isaiam, cap. 45: *Nunquid dicit lutum figulo suo: Quid facis? Et opus tuum absque manibus est?* Et S. Paulus, Rom. 9, 20: *Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit: Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massâ facere aliud quidem vas in honorem aliud verò in contumeliam?* Sæpè etiam in Scripturis suis Deus nos figmentum appellat, quod propriè est opus ex luto, vocat etiam terrenos et terram. Hoc indicant illa verba Isaiæ, cap. 64, 8: *Et nunc, Domine, Pater noster es tu, nos vero lutum est; et fctor noster es tu, et opera manuum tuarum omnes nos*; Davidis, Psal. 102, 14: *Ipsè cognovit figmentum nostrum*; Salomonis, Sap. 7, 1: *Sum quidem ego mortalis homo similis omnibus, et ex genere terreni illius, qui prior factus est*; Apostoli, 1 Cor. 15, 47: *Primus homo de terrâ terrenus*; Jeremix, cap. 22, 29: *Terra, terra, terra, audi verbum Domini.* Quibus multa similia passim occurrunt.

Ac tandem hæc luti nostri memoria hominis pomini adfusa est, ut in venturis sæculis nunquam delatur. Vocavit enim Dominus hominem Adam, quod nomen terram significat, ut sciat homo se terram esse, atque ex luto et cœno in hanc quam habet naturam emerisisset. Diceris ergo homo Adam, quia terra vilis es, diceris homo, quia humus. Terra nomen tuum, ex terrâ corpus tuum, in terrâ habitatio tua, in terram conversio tua. Diceris terra, quia ex terrâ compositus. Jam consolator nos Philo Judæus, lib. de Opificio, dicens hominem non ex quavis terrâ, sed ex se-

lectissima fuisse compositum: «Non, inquit, ex quavis terra parte sumpta humo videtur Deus hanc humanam specie statuat formare voluisse, sed selectam undeque optima, ex pura materia purissimum excolasse accurate, quod maxime ad hoc opus aptum erat.» Consoletur et nos S. Augustinus, Tract. 9 in Joannem, asserens: «Quatuor literis nominis Adam ex quatuor terre partes contineri, Orientem, Occidentem, Septentrionem, Meridiem,» quasi primus homo ex quatuor pugillis terre sumptis à quatuor mundi partibus fuisset compositus. Quod clarius docuit S. Cyprianus, qui, postquam dixisset nomina Hebraica eo consilio fuisse indita, ut proprietates hominum, quibus imponebantur, designarent, hæc addit: «Ex ipso protoplasto probamus veritatem. Nomen accepit à Deo Adam. Hebraicum Adam in Latino interpretatur terra caro facta, è quod ex quatuor cardiibus orbis terrarum pugno comprehendit, sicut scriptum est, Isaia 40: *Palmu mensus sum caelum, et pugno comprehendi terram, et finxi hominem ex omni limo terræ, ad imaginem Dei feci illum.* Oportuit illum ex his quatuor cardiibus orbis terræ nomen in se portare Adam.» Sed ò quam exigua et longè petita consolatio! Quid enim relert, si homo ex terrâ mundâ fuerit effectus, cum ex eo terra vilis esse non desinat? Certè si superfluum est, ut dicebat S. Hilariion, munditiam in cilicio quærere, multò delicatius est eam in luto, in ceno et in stercore quærere. Quid enim prodest si ex pugnis terræ à quatuor orbis partibus sumptis fuerit contactus, cum ex hoc solum habeamus, quòd ex quatuor lateribus, ut aiunt, nullâ nobilitate insignitur, sed undequaque conspectus humillimo genere natus reputatur? Fiat, fiat ex quatuor pugnis terræ à quatuor partibus orbis acceptis, ut in toto universo cunctæ creaturæ notione vilitatis hominis habeant, et nullo loco, licet homo velit et conetur, suam vilitatem abscondat.

Cæterum Job non solum originis suæ fœditatem, sed etiam exitus sui fragilitatem commemorat, cum addit: *Et in pulverem reduces me;* q. d.: Miserere mee vilissimæ fragilitatis, sum enim quasi ficile vasculum in pulverem brevi redigendum. Quid igitur ultra persequeris hoc vile fluxumque figmentum? Nonne satis fieri stirpem suam et genus ex sordidâ ac luteâ dixisse materiam, ac tandem in pulverem, ex quo formatum est, in resolutum? Cur hoc breve vitæ ac ærumnorum spatium sine novis laboribus et angustiis peragi non sinis? Hæc sanè hominis formatio, et adjuncta carnis luteæ fragilitas, movere potuit Deum, ut si quid ab homine peccatum esset, veniam libens facillique concederet. Secus est in angelis, à quibus cum abesse carnis infirmitas, multò potuere magis tentationi resistere. Quæ de re optime ad hunc locum S. Gregorius: «Angolorum, inquit, spiritus idcirco irresistibiliter peccaverunt, quia tantò robustius stare poterant, quanto eis carnis commixtio non tenebat. Homo vero idcirco post culpam veniam meruit, quia per carnem corpus aliquid, quo semetipso minor esset, accepit. Unde et apud respectum iudicis argu-

mentum pietatis est hæc eadem infirmitas carnis. «Quo argumento usus est David, Psalm. 77, 58: «*Multiplicavit ut averteret iram suam ab eis, et non accendit omnem iram suam, et rememoratus est, quia caro sunt.* Et alibi, Psalm. 102, 15, eadem ferè repetit quæ Jobus: *Quomodo miseretur pater filiorum, misericors est Dominus timentibus se; et quoniam ipse cognovit figmentum nostrum, recordatus est quoniam pulvis sumus.*» Quare, dum dicit Jobus: *Memento, queso, quòd sicut lutum feceris me,* hoc est: Revoca, obsecro, in memoriam, ut mei miseraris, et erratis veniam des. Recordare animum humanum generosum quidem et penè divinum, cæno et luto mortalis hujus corporis, à quo aliquando non infici non possit, undique circumdatum, atque ejus necessibus ita obnoxium, et quasi alligatum et subditum, ut vix animi intentio queat subsistere, quin hinc detineatur, inde laxetur. Ita S. Ambrosius, lib. de Bono mortis, cap. 5, his verbis: «Multas occupationes nobis corporis hujus necessitas gignit atque usus invenit, quibus impeditur animæ vigor, revocatur et intentio.» Unde de se pulchre dicit S. Job: *Memento, quia sicut lutum me finxisti.* Si ergo lutum est corpus, obnoxium nos utique, non diluit, et coinguit animam in circumdato intemperantia. «Quare bene S. Gregorius hunc locum sic exponit, quasi Job Deo dicit: «Infirmitatem carnis considera, et restum iniquitatis laxa.» Hanc orandi formam Thais, quæ magnis se peccatis onerata, accepit à magistro suo, neque aliam per aliquot annos permisit, utpote maxime sui moribus opportunam: *Qui plasmasti me, miserere mei.*

VERS. 10. — NONNE SICUT LAC MILEISTI ME (1), ET SICUT CASEUM ME COAGULASTI? Pulchre humani corporis generationem lactis coagulo assimilat. Nam, ut Plinius, lib. 7, cap. 15, et medici docent, semen mulieris est instar lactis albumi, liquidum et diluibile, sed accedente virili semine calore illius quasi coagulatur, coagulatur et concrevit, ut fiat embryo. Ita Triens noster. Ubi expendit Jobum non tantum affirmasse opus Dei, atque id maxime elaboratum esse, quod ad rem suam non leviter faciebat, sed etiam signatè divinis se oculis tanquam è molli blandique materia, in qua non possent non undique impressarum membrum vestigia apparere, recenter efformatum proposuisse, ut dicere videatur: Extant in me, ò Dominè, tuarum manuum expressa signa et lineamenta, quæ me tuum opus esse clarissimis vobis proloquuntur; cur ergo tuam imaginem potius demoliri, quam operi ei ferre vis?

VERS. 11. — PELLE ET CARNIS VESTISTI ME; OSSIBUS ET NERVIS COMPEGISTI ME (2): Jam ad corporis

(1) Aquila: *ἀπὸ γάλακτος, stillare me fecisti.* et interpretando, inquit J. D. Michaelis, omnino hic accedo, equi de genitali semine accipiunt, quod ipsa tanquam natura emulget, ac dein concrevissent in utero ac coalescere jubet. Veretur Schultensius, ne indecora sit Jobique libro non digna imago; in quo aliter sentio. Grandisono poete, cique philosopho, hæc rerum naturalium descriptiones vel apud nos concipiuntur, et quanto magis apud Hebræos? (Rosenmüller.)

(2) *אֶבְרַתִּי וְעֵצְרִי, contexitis me, compingitis, contempsit me,*

organisationem prosæ admirabilem procedit, quam eleganter Smetius noster ita describit: Feminæ, inquit, sanguis eo quem diximus modo à virili semine dispositus nihilò magis densus ac durus est quam hæc coagulatum, quod usque adeò molle est, ut parùm absit à liquido, à quo ad significandas res mollicius, et in quibus nihil est firmitatis, comparatò dicitur. Ex eo admirabilis natura solertia, seu potius divina sapientia varias finxit diversaque naturas, quibus humani corporis fabrica compacta est; pars enim quedam lentescit in nervos, pars mollescit in carnem, pars duratur in ossa, pars in pellem extenditur. Denique ex re tantula tanque sibi simili organa finguntur plurima ad variâ naturæ ministeria. Illa autem omnia caribus quasi interludâ veste, et pelle quasi externa teguntur et ornantur pallio. Tota verò humani corporis moles ab ossibus quasi à columnis et tignis sustentatur, quæ nervi quasi quedam vincula constringunt et continent. Hæc scitè atque eleganter optimus philosophus Job hæc loco describit, ut nihil à quoquam desiderari posse videatur. Quod item fecere plures alii, ex quibus unum dabo Lactantium, lib. de Officio Dei, cap. 7: «Deus, inquit, solidamenta corporis, quæ ossa dicuntur, nodata et adjuncta invicem nervis alligavit atque constrinxit; hæc autem viscera (viscerum nomine carnes intelligit) operuit ut quibus Deum decebat; ut quæ solidè essent concessa tegerentur. Item viscera ipsi venas admiscuit quasi rivus per corpus omne divisos, per quos decurrens humor et sanguis universa membra stercis vitabilibus irrigavit. Et ea viscera formata in eum modum, qui unicuique generi ac loco aptus fuit, superlecta pelle contexti.» Sic ille.

Plura circa modum et rationem tam admirabilis operis nil attinet curiosius investigare, cum ipsemet Salomon proficitur ab hominibus ignorari, quæ sit *via spiritus, et quæ ratione compingantur ossa in ventre prægnantis*, Eccl. 41, 3. Ad quem locum ita pulchre Tollenarius noster: Circa spiritus, inquit, seu animas substantiam magna fuit olim philosophorum medicorumque hallucinatio, quemadmodum etiam circa formationem fœtus in utero materno; de quibus sapientè quidam ignorantia olim tutissimè pronuntiavit celeberrima illa Machabeorum mater, 2 Machab. 7, 22: *Nescio qualiter in utero meo apparuisti: neque enim ego spiritum et animam donavi vobis et vitam, et singulorum membra non ego ipsa compegi: sed enim mundi Creator, qui formavit hominis nativitatem, quique omnium intencit originem, et spiritum vobis iterum eum misericorditè reddet et vitam.* Eamdem ignorantiam à *אֲדַמְרָה, tegere;* *עַ*, ut sæpi fit, in *ע* commutato. *Consuisti, vel consarcinasti, vel, sepsisti, sive macravisti,* ut Job. 1, 10. Nam ossa et nervi velut septimentum corpori exhibent, et totam corporis compaginem continent ac connectunt et roborant, motuque membris liberum præstant; de quibus vide physicos et medicos. Texturæ corpora ex ossibus, etc., ut sepes ex virgulis. Hic ordo est in genitura: primum pellicula fit, deinde in eâ caro; duriora paulatim accedunt. Contrarium ordinem in resurrectione futuram aiunt Hebræi.

(Synopsis.)

professus est sagacissimus rerum naturalium indagator Galenus; sic enim scribit in libro de Formatione fœtus: «Cum nullam de structurâ animalium inveniam opinionem cum scientiæ certitudine demonstratam, fateor me de fœtuum electricæ causæ nihil certi habere; nec tantum de eâ pronuntiare me posse confido, quòd ars et sapientia in eâ sit maxima.» Quamobrem ceteros alibi monet ne in hæc inquisitionem pertinaciùs incumbant. Hæc, inquit, lib. 15 de Usu partium, Creator noster talia fieri voluit. Quæ autem facta jam sunt neque tentes, neque audaces quærere, quemadmodum facta sint. Quæ enim facta esse ignorabis, nisi ab anatomis eductos fuisses, quo pacto nunc audis quærere, quibus ratione facta sint? Satis ergo tibi sit novisse unamquamque particulam pro rerum exigentia et suo constructam fuisse. Si verò præterea conare, quo pacto ita facta sit inquirere, palmæ fiet, te nec tuam beneficentiam nec officii sentire potentiam. Cæterum cum, post partium organisationem, à Deo vitam anima rationalis infundatur, rectè subjungit:

VERS. 12. — VITAM ET MISERICORDIAM TRIBUISTI MIHI, ET VISITATIO TUA CUSTODIVIT SPIRITUM MEUM (1).

(1) Mihi vitam concessisti, et insuper non vulgari prosequens est semper beneficentiam jam inde ex quo factus in utero fui animatus. *חַיִּים observatio, cura assidua,* ut Isa. 60, 17, et verbum, Ps. 8, 5. Conf. Storr. *Observatio et gratiam semel copiam prosequi convenitissimum sibi.* Posteriori *חַיִּים, tribuisti, מַחְסֵי הַיָּדָיִם, A. Schultens monet et sic reddi posse: Mandata tua custodivit spiritus meus, ut testatur Jobus, sed præceptis divinis ita convenienter vixisse, ut se pro improbo à Deo puniendum fore nunquam speravit. Munire hæc interpretationem potuisset Schultens Syriaci interpretis auctoritate: *Et præcepta tua custodivit spiritus meus.* Monet tamen Schultens ipse, se hunc sensum vulgò recepto postponere, quòd tota hæc periculis in beneficiorum divinum enumeratione decurrat. (Rosenmüller.)*

Fecisti ut viverem, idque tam in utero (ubi factus non sine miraculo viri) quam extra uterum. Delisti mihi animam rationalem, per quam vivo. Vel vita pro victu sumitur, ut alibi.

ET MISERICORDIAM, etc. *חַיִּים Gratiam, benignitatem, sive beneficentiam.* Intellige omnia beneficia ultra vitam homini concessa, animam rationis participem, institutionem in lege, etc., quæ ad corporis et animæ salutem faciunt. Me jam videntem benignitate tuâ prospectus es. Animâs et in vitâ conservasti me.

ET VISITATIO TUA CUSTODIVIT SPIRITUM MEUM; nempe vitalem, animam meam, vitam meam, nempe in utero. Quanta pericula fœtum circumstant à conceptu ad partum! Sed ego generaliter intelligo: Semper servavi, et servat etiamnum, sive quotidie, ut Job. 7, v. 18. Et nisi singulis diebus et momentis hominem inviseret Deus, eique provideret, actum de eo esset. Atque hinc constat Jobum agnoscere Dei providentiam, contra quam Hebræi sentiunt. Non, ut oxilix ab officio perfecto, decessisti à me, sed quotidie visitas et conservas, *חַיִּים, quidam, custodia tua; mandatum, seu imperium, tuum; id enim חַיִּים sign. 2 Par. 36, 25. Alii: Præfectura tua; quod ad partes animæ principes et facultates referunt, ut R. Levi, etc., quæ agunt in passivas, easque regunt, etc. Rectè etiam; nam vox Heb. omnia hæc continere potest. Mihi visitatio hic est assidua cura, inspectio et providentia. *Tuamque providentiam, visitationem, id est, consilium, tua,* h. e., lætæ naturæ, quam constituisti, me hæcenas*

Postquam de corporis compositione locutus est, agit hic Jobus de animae creatione, quā corpus mirificè compactum atque connexum vitam motumque acquirat. Tres verò beneficentiae gradus discrevit, vitam, misericordiam, visitationem. Primus ad vitam principium, secundus ad conservationem, tertius ad perfectionem pertinet. *Misericordia* hoc loco est beneficentia, liberalitas, largitio. Unde phrasia illa frequens in Scripturā, *facere misericordiam*. *Visitatio* hic est idem ac prosperatio, fecunditas, felicitas. Sic phrasia Scripturae familiari Deus visitare dicitur quos prosperat, fecundat, ut Sarā, et Annam, Sampelis matrem.

Ex his ergo precatio Jobi vires acquirit, ne Deus, quem tot beneficiis auxit, repetat perimat. Verba illa: *Visitatio tua custodisti spiritum meum*, licet ad tutamentum animae, ut vitam naturalem corpori conferat, referri valeant, pertinere tamen literaliter sensu possunt ad spiritum animae custodiam, et quamdam Dei velut exantibus vigiliam, quā animam, quam sempiterna felicitatis capacem creavit, presentia sua servat, divinae gratiae ac virtutum supernaturalium numeribus amplissimis exornat. Favet expositioni huius quod auctores aliqui graves misericordiae nomine naturalia virtutum semina intelligunt, ut in hunc modum tertio beneficia gradatim ascendant, vita per animae creationem, misericordia per indita virtutum semina, visitatio per collata virtutum supernaturalium dona. Atque ad hunc sensum oratio Jobi fiet multo nervosior.

Mystica sic optime exponi potest, quasi Job dicat: Vitam mihi tribuisti, gratiam infundendo, nam gratia Dei vivimus, misericordiam largitus es ad sanctè vivendum, et ad usum gratiae ac virtutum ab eā promanantium supernaturale auxilium impertiendo; (et hanc misericordiam provchimus) et visitatione, id est, assidua inspiratione tuā, spiritum mihi infusus et à te donatum custodisti, quia nisi ad modum avis mihi incubares, et intellectum edoceres, et voluntatem alliceres, et ad opus roborares, jampridem vitam et misericordiam à te prerogatum perdidissem. Huc spectat illud Davidis, Psal. 105, 4: *Memento nostri, Domine, in benedictione populi tui*, secundum benignitatem tuam nobis exhibitam; *visita nos in salutari tuo*, scilicet salubri inspiratione tuā; *ad vitandam in bonitate electorum avaritiam*, ut scilicet contemplatione videam quae bona praeparasti ei cujus tuis; *ad letandam in laetitia gentis tuae*, ut voluntate, gaudio spiritali et iustorum laetitia perfunderet, ut *laudaris à me laudè vocis et operis cum hereditate tua*.

Porro ut hanc vitam gratiae melius intelligamus, ex vita naturali nobis consideranda est. Ha enim naturā comparatum est, ut ex corporalibus ad spiritalia, et ex manifestis ad occultorum cognitionem transeamus. Unde cum naturalis vita clarior nobis et evidentior servavit in vitā. *Recordatio tua*, Chald.: *Cave improbes*. Qui visitat recordatur, et contra, Sic, Exod. 20, 5, *visitans*, etc. Sic et Psal. 8, 4, *Visitatio triplex est*: 1^a Condemnationis, Jer. 8, v. 13; 2^a correptionis, Psal. 89, 32; 3^a consolationis, Exod. 4, 51, Luc. 1, 78.

(Synopsis.)

sit, ipsa spiritalis vitae lucem ac notitiam parit. Vita autem naturalis, si philosophos consulamus, nihil aliud esse quàm naturā rei potentis seipsam movere, in actu ac perfectionem redigere. Id quod nullo negotio exemplis intelligitur. In plantis vita est illud, quo primò succum sive alimentum attrahunt, retinent, et in universas partes distribunt, quo seipsas alunt, augent, et in debitam provehunt magnitudinem. In brutis vita est, quā primò sentiunt, et hinc illicque discurrunt. In hominibus vita est, quā primò ratione, et in angelis, quā primò intelligentiā libereque utuntur arbitrio. Itaque vita dicitur illud primum initium operationum vitalium, quo mediis, facultatibus ac viribus suis vitales actiones exerceret, et quo res vivens seipsam in debitam perfectionem adducit. Vita verò vita haec propter actiones vitales est quintivitis attributa, in hunc enim finem arbores et plantae vegetatricem vitam perceperunt, ut se alant ac nutriant, et animalia sentientem, ut sentiunt, et se loco moveant, hominesque intelligentem, ut intelligant, et proprio arbitratu se gubernent: hinc ortum habuit, ut actiones istae non solum vitales, sed etiam vita nuncupentur. Et haec duas vite significationes sanctus Hieronymus ad hunc Jobi locum annotavit, dicens: « Ipsa anima est vita hic appellata, non vita anima, quia possunt et actus animae vita nuncupari. » Haec ille. Ideoque hic dicitur habere vitam studiosam, ille verò voluptuosam, quia alter studiosus actionibus, alter deliciis delectus est.

Haec doctrina ex philosophiā naturalē petita nos in spiritalis vitae cognitionem adducit. Quaequomodum enim vita hominis, quam animam rationis participem nuncupamus (haec namque ut nobis familiarior huius quod quaerimus praestabit notitiam), est illa interior spiritalisque substantia, quā homo se spiritaliter et corporaliter movet ac perficit; haec illi tribuit ut homo sit, et est facultatum quibus operatur origo, et mediis illis ipsarum operationum principium; ita vita spiritalis est aliquid intra nos manens, quod et nos, spiritaliter efficiat, et fons sit facultatum spiritalium, nec non et actionum spiritalium exordium. Hoc autem si diligentius quid sit inquiratur, inveniemus nihil aliud esse quàm illud augustissimum donum divinitus attributum, quod gratiam nuncupamus. Hoc porro donum gratia vocatur, quoniam gratis et liberaliter nobis datur. « *Quare gratia?* » inquit S. Augustinus in « *Psalm. 50*, sibi respondeat: Quia gratis datur. « *Quare gratis datur?* Quia merita tua non precesserunt, sed beneficia Dei te praevenierunt. Est autem gratia affectio manens, seu habitus quendam supernaturalis mentibus iustorum infusus per Spiritum sanctum qui datus est illis. Gratia est, quae ipsam animae naturam perficiens, eam facit veluti desideram, participemque et consortem divinae naturae. Gratia est, quae dividit inter filios Dei et filios diaboli, quae Deum placat, et homines suo Creatori conciliat. Haec est, cuius presidio iustificamur, et Deo grati, accepti ac amici reddimur. Haec est, quae operi multitudinem veccatorum, 1 Pet. 4, 8, non quidem ea

« diu manent tegendo, sed ea ut non maneat detrahendo. Haec est semen aeternae vitae, sine quā nulli « in caelestem patriam patet ingressus. Est decor et pulchritudo, quā anima Deo appareat amabilis. Est lumen divinitus inditum, et mentem reddens illustram et splendendam, » de quo S. Paulus, Coloss. 1, 12: *Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine*. Est vestis illa nuptialis hominem eximie dignum efficiens, ut in summi regis convivium admittatur. Est fons aquae salientis in vitam aeternam, Joan. 4, 14. Unde S. Paulus ait: *Gratia Dei vita aeterna*, Rom. 6, 23. Quia opera à gratiā emanantia, illius vitae, quam speramus, sunt merita. Est quae nos efficit membra Christi; quare et à Christo capite et per Christi merita datur, et ut ei adhaeramus benigne confertur. Est denique vita nostra spiritalis, quia nos ex peccatoribus convertit in sanctos; ex defunctis viventes facit, et in spiritaliter mortuis manere non potest.

Haec autem spiritalis vita in multis est naturalis vitae similis. Nam sicut vita naturalis dat corpori ut sit et vivat secundum naturam, ita vita gratiae dat animae ut sit et vivat supra naturam. Illa corpus limitat, et ad primum, ut aiunt, speciem cuiusdam viventis restringit; haec animam circumscribit, ne divina mandata transiliat, et à debita fide sponse deflectat. Illa corpus venustat, et motum ac vires subministrat; haec affectus in res divinas et gressus tribuit, ut contendamus in caelum, et intus spiritum nostrum exornat. Illa radix est facultatum, quibus operamur, ut intelligentia, quā cognoscimus et voluntatis quā volumus. Haec origo virtutum, ut humilitatis, quā nos ipsos deicimus, paupertatis, quā divitias mundi contemnimus, charitatis, quā Deum proximamque diligimus. Illa est principium operationum vitalium; nam ministerio facultatum suarum videtur in oculo, audit in aure, et irascitur in corde. Haec est meritum initium, quia virtutum ab eā manantium presidio perfert injurias, ministrat infirmis, et desideris se infert caelestibus choris. Illa denique, et debitorum debita sanitate et humorum temperie, à membrorum necessarii integritate discedit; haec, si absit fidelitas, quā Dei mandata observare debemus, etiam amittitur. Si ergo tantā sollicitudine servamus vitam mortalem post non multos annos finem habituram, quantā sollicitudine custodire deberemus gratiae vitam, si volumus, per totam aeternitatem duraturam? Si tam eximio amore complectimur vitam certè non admodum pretiosam, nisi quatenus vite spiritali subservit, quanto majori amore amplectenda esset ipsa spiritalis vita, cuius gratiā naturalis diligit? spiritalis, inquam, vita, quae iure universis rebus naturalibus imperat? Ita pulchre noster Alvarez de Paz de Vita spiritali lib. 2, p. 4, cap. 1.

VERS. 15. — LICET HEC CELES (1) IN CORDE TUO,

(1) In tentatione tam durum erga me te praebes, quasi nescias quod tum sim opus. Hebr.: *Et haec, sive ista, et tamen ista, at haec abscondisti vel recondidisti; repositi in corde, seu animo, tuo, etc. q. d.*: Excidisso non puto quantā industriā me feceris. Omnia ista scis, ac probè nosti. Haec sunt arcana tua consilia.

S. 5. XIII.

TAMEN SCIO QUIA UNIVERSORUM MEMINERIS. Jobi sensus est suavissimus, et eximitā eius pietate dignissimus. Eisi, inquit, suspicari posset aliquis, quem alienior de te imbuisset opinio, te non curare haec humana, neque meminisse tuarum manuum, atque operae nos esse figmentum, cum tam acerbe atque inclementer jactari permittas, neque tui aut amoris aut curae humanis oculis argumentum apparet; ego tamen, cui clarior abs te lumen affulsit, non dubito, quantumcumque in animo consilia celes, quin nostra cures atque dispicias, neque unquam de rerum nostrarum tuique figmenti obliquo teneat. Scio enim te, clementissime Deus, meminisse beneficiorum in me collatorum, quā liberaliter me habueris, quantum operae ac pretii in me creando, servando, prosperando exornandoque posueris, neque velle te munera haec tua aspernari, ac momento peno unquam structuram demoliri tuam: celas quidem haec, iraque simul, ac ego non propterea animum à me tuum alienatum suspicabor. Videor enim mihi te videre egregium erga opus tuum studium de industria ad horam cogitem, minime dubitans tunc te illius oblivione capere posse, quin suo tempore à primis imaginis tuae lineamentis et manuum tuarum vestigiis attractus opem illi feras, atque eam mirè excolas atque perficias. Hinc sanè S. Irenaeus, lib. 4, adversus haereses cap. 76, perutilem opte opporturam hanc elicit admonitionem; ut curandum nobis maxime fuerit aliqua semper virtutum lineamenta divinarumque manuum vestigia in nobis retinere, quae ipsum ad nobis subveniendum et dexteram operi manuum suarum porrigendam alliciant, ne, dum nihil suum in animis nostris agnoscat, viles illi simus, nec habeat unde ad opera ferendam pertrahatur. Verba Irenaei sunt: « Praesta Deo cor tuum molle atque tractabile, et custodi figuram, quā te figuravit artifex, habens « in temetipso humorem, ne indurans amittas vestigia « digitorum. » Haec enim, dum extant, dum durant, et sese divinis oculis ingerunt, quantumvis prodigius, quantumvis tepidus, quantumvis divinae imaginis pulchritudinem obscuraveris, divinam clementiam ad operis operi ferendam adducit. Ex hoc versu, inquit Joannes à Jesu Maria, struitur argumentum ad multorum in specie fortium ac fidorum Dei cultorum cacitatem corquendum, qui, dum ærumnis, morbis, desolatione internā tanguntur, mox Dei animum aversum delectant, aegreque ab hāc mente dimoverunt.

VERS. 14. — SI PECCAVI, ET AD ROMAM PEPERISTI

TAMEN SCIO QUIA UNIVERSORUM MEMINERIS. Hebr.: *Novi quod hoc, vel istud, tecum, sive apud te, etc. sub. est, vel erat; certus sum quod haec sunt apud te, i. e., quod haec non ignoras. Non es oblitus eorum, quae fecisti, licet me perdas quasi oblitus esses, etc.* Alii sic: *Scio te hoc in animo habuisse, ut scilicet clamantes mihi inferres. Haec vindicta erat jam olim apud te, vel aeterno tuo decreto, constituta, licet callidè celasti, nec indicasti mihi. Alii sic: *Tamen scio, et verā fide credo, quod hominum memineras, et respici demonstraturus sis te gratiosè tuum opus respicere et conservare. Nec me fallit quod haec tuo mihi gerantur.**

(Synopsis.)